

LIB. VI, CAP. 39

*Videbat sponsa demonem producentem in diuino iudicio septem libros contra quamdam animam vnus militis defuncti, sed angelus bonus produxit pro ea vnum librum. Que anima non dampnabatur eternaliter, quia demone ignorante penituit in fine in cogitatu intrinsecus. Condempnatur tamen propter peccata ad nouem penas sustinendas in purgatorio vsque ad diem iudicii, quia tam diu desiderauerat in corpore viuere. Sed reuelantur a Christo tria remedia, per que possit ante liberari, et remittuntur ei a Domino statim tres de predictis penis precibus Virginis et sanctorum. Supplicacio vero angeli boni pro ea non statim exauditur sed differendo ad tempus ponit eam Christus in deliberacione.*

Demon quidam apparuit in diuino iudicio, qui tenebat quamdam animam cuiusdam defuncti tremulam in modum cordis tremuli. Qui demon tunc dixit ad iudicem: 2 "Ecce preda! Angelus enim tuus et ego sequebamur animam istam a principio suo vsque in finem, sed ipse ad custodiendum, ego autem ad nocendum, et ambo venabamur eam quasi venatores. Sed tamen ipsa in fine incidit in manus meas. 3 Ad quam lucrandam michi ego ita sum cupidus et impetuosus quemadmodum torrens cadens deorsum, cui nichil resistit nisi quoddam retentaculum, hoc est iusticia tua. 4 Que quia nondum probata est contra animam istam, ideo adhuc nondum secure possideo eam. 5 Ego eciam desidero eam tam feruenter quemadmodum animal consumptum inedia, quod pre fame comedit eciam membra sua. Ergo, quia tu iustus iudex es, iudica super eam iustum iudicium!" 6 Respondit iudex: "Quare magis incidit in manus tuas et cur tu propinquior ei fuisti quam angelus meus?" Respondit demon: "**Quia peccata sua plura fuerunt quam opera bona.**" 7 Respondit iudex: "Ostende, qualia!" Respondit demon: "**Ego habeo vnum librum plenum peccatis suis.**" Et iudex: "Quale est nomen libri huius?" 8 Respondit demon: "Huius nomen est inobediencia. In quo libro sunt septem libri et quilibet habet III columpnas. Quelibet autem columpna habet plus quam mille verba sed nulla minus quam mille, quedam vero multo plura." 9 Respondit iudex: "Dic nomina istorum librorum, quia licet ego omnia scio, tamen, vt aliis innotescat voluntas tua et bonitas mea, volo, vt loquaris." 10 Respondit demon: "Nomen primi libri est superbia et in hoc sunt tres columpne. Prima est superbia spiritualis in consciencia sua, quia superbiebat de bona vita, quam credebat se habere aliis meliorem. 11 Superbiebat eciam de intelligencia sua et consciencia sapienciori aliis. Secunda columpna erat, quod superbiebat de bonis sibi datis et de famulis et vestibus et aliis rebus. 12 Tercia erat, quod superbiebat in pulchritudine membrorum et de propagine nobili et in operibus suis. Et in hiis tribus columpnis erant infinita verba, prout tibi melius cognitum est. 13 Secundus liber erat cupiditas sua. Hec autem habebat tres columpnas. Prima erat spiritualis, quia cogitauit peccata sua non esse ita grauia, sicut dicebatur, et indigne desiderauit celeste regnum, quod non debetur alicui nisi perfecte mundo. 14 Secunda, quia plus desiderauit in mundo, quam necesse erat, et voluntas sua fuit ad hoc solum, vt extolleret nomen suum et progeniem ad hoc, vt heredes suos non ad honorem tuum sed ad honorem mundi nutriret et magnificaret eos. 15 Tercia columpna fuit, quod cupiebat honorem mundi et super alios esse. Et in hiis, prout tibi melius cognitum est, innumerabilia sunt verba, quibus requirebat fauorem et beniuolenciam, quibus eciam temporalia sibi acquirebat. 16 Tercius liber est inuidia. Hic habet tres columpnas. Prima fuit in mente, qua inuidebat eis occulte, qui plus habebant et magis prosperabantur quam ipse. 17 Secunda, quod recepit ex inuidia res eorum, qui minus habebant quam ipse et magis indigebant. 18 Tercia, quod ex inuidia nocuit proximo occulte per sua consilia et eciam publice,

tam verbo quam facto, tam per se quam per suos, et etiam alios incitauit ad similia. 19 Quartus liber erat auaricia, in qua erant etiam tres columpne. Prime erat auaricia in mente, quia noluit aliis dicere de hiis, que sciebat, vnde alii recepissent consolacionem et profectum, cogitans sic secum: 20 'Que inde michi vtilitas, si tali vel tali dedero hoc consilium? Que michi remuneracio, si ei in illo consilio vel verbo profuero?' 21 Et sic indigens afflictus recedebat ab eo non edificatus vel instructus, cum bene potuisset ab eo, si voluntas affuisset, edificari. 22 Secunda columpna erat, quod, cum pacificare poterat discordantes, noluit hoc facere, cum etiam consolari poterat turbatos, non curauit. 23 Tercia columpna erat auaricia in bonis suis, eo quod, si vnum denarium dare debebat pro nomine tuo, anxiebat et grauabatur, et pro honore mundi libenter daret centum. 24 In hiis autem columpnis sunt infinita verba, prout tibi melius constat. Omnia enim scis et nichil a te occultari potest, sed ideo me loqui compellis ex tua potencia, quia aliis prodesse vis. 25 Quintus liber est accidia et iste habet tres columpnas. Primo, quod in opere accidiosus erat ad operandum bona opera ad honorem tuum, idest ad mandata tua. 26 Nam pro quiete corporis sui amisit tempus suum; corporis enim sui vtilitas et voluptas erant sibi carissima. 27 Secundo accidiosus erat in cogitacione. Quando enim spiritus tuus bonus immisit cordi eius compunccionem vel aliquam spiritualem intelligenciam, nimis sibi longum videbatur et subtraxit mentem suam a cogitacione spirituali et omne gaudium mundi videbatur sibi delectabile et suaue. 28 Tercio erat accidiosus in ore, idest in orando et in loquendo, que vtilitatis aliorum et honoris tui erant; feruens autem erat ad scurrilia verba. 29 Quanta autem verba iste columpne habeant et quam innumera sunt, tibi soli cognitum est. 30 Sextus liber erat ira. Hic habebat etiam tres columpnas. Prima, quod irascebatur proximo suo de illis rebus, que sibi non erant vtilis. 31 Secunda columpna erat, quod lesit proximum opere ex ira sua, quandoque etiam in ira alienando sua. Tercia, quod ex ira turbabat proximum. 32 Septimus liber erat voluptas sua, que etiam habebat tres columpnas. Prima erat, quod indebite et inordinate effundebat semen suum. 33 Nam licet coniugatus erat et ab aliarum mulierum macula segregatus, tamen per amplexus et per verba inepta et etiam per gestus impudicos effundebat semen suum modo indebito. 34 Secunda columpna erat, quod nimis procax erat in verbis. Inducebat enim non solum vxorem suam in maiorem ardorem libidinis, ymmo etiam alios ad audiendum et cogitandum scurrilia multociens per verba sua attraxit. 35 Tercia columpna erat, quod nimis delicate nutriebat corpus suum, preparando scilicet lauciora et plura fercula ad delectacionem maiorem corporis sui et ad laudem hominum, vt vocaretur magnus. 36 Plus autem quam mille verba sunt in istis columpnis, sedendo in mensa longiori tempore quam debebat, non attendens tempus sibi datum, loquendo ineptius, recipiendo plus quam natura volebat. 37 Ecce o iudex, liber meus totus completus est. Adiudica ergo michi hanc animam!" 38 Tunc autem silente iudice mater misericordie appropinquans, que videbatur quasi remocius stare, dixit: "Fili mi, ego volo disputare de iusticia cum dyabolo isto." 39 Cui respondit Filius: "Carissima mater, quando demoni non negatur iusticia, quomodo tibi posset negari, que es mater mea et domina angelorum? 40 Tu enim omnia potes et omnia scis in me sed ideo loqueris, vt aliis innotescat dileccio mea." 41 **Tunc mater loquebatur ad dyabolum: "Precipio tibi, dyabole, quod respondeas michi ad tria, que quero a te. Sed licet inuitus feceris, ex iusticia tamen teneris, quia domina tua sum. Dic michi, numquid tu scis omnes cogitaciones hominis?"** 42 **Dyabolus autem respondit: "Non nisi illas solummodo, quas ex exteriori operatione hominis et ex dispositione eius perpendere possum, et illas, quas ego quasi personaliter immitto cordi eius.** 43 **Quia licet ego perdidit dignitatem meam, tamen ex subtilitate nature mee adhuc michi remansit sapiencia tanta, quod ex dispositione hominis intelligere possum statum mentis, sed bonas cogitaciones hominis cognoscere non possum."** 44 **Dixit autem tunc pia virgo secundo ad dyabolum: "Dic michi, dyabole, licet inuitus, que est illa res, que potest delere scripturam de libro tuo?"** 45 **Respondit dyabolus: "Nichil eam delere potest nisi vnum, hoc est diuina caritas. Quicumque enim eam**

**optinuerit in corde, quantumcumque peccator sit, statim deletur, quod de illo scriptum erat in libro meo."** 46 Dixit etiam Virgo tercio: "Dic michi, dyabole, numquid aliquis est tam immundus peccator et tam auersus a filio meo, quod non possit redire ad veniam, quamdiu uiuit in mundo?" 47 Respondit dyabolus: "Nullus est tam peccator, quod non possit reuerti, quamdiu uiuit, si uoluerit. 48 Quando enim quis quantumcumque peccator mutat uoluntatem suam malam in bonam et conceperit diuinam caritatem et in hac stabilis stare uoluerit, non eum omnes demones tenere possunt." 49 Tunc istis auditis mater misericordie ait ad circumstantes: "Hec anima in fine uite sue conuertit se ad me et dixit: 'Tu mater misericordie es et miseratrix miserorum. 50 Ego indignus sum rogare filium tuum, quia peccata mea grauia sunt et multa nimis, et multum ego prouocaui eum ad iram, diligendo magis uoluptatem meam et mundum quam Deum, creatorem meum. 51 Ideo rogo te, miserere mei, quia tu nulli petenti te negas misericordiam. Et ideo ego conuerto me ad te et promitto tibi, quod, si uixero, quod uolo emendare me et uoluntatem meam ad filium tuum conuertere et nichil aliud nisi ipsum diligere. 52 Sed super omnia doleo et ingemisco, quod nichil boni feci ad honorem filii tui, creatoris mei. Ideo rogo te, piissima domina, miserere mei, quia ad nullum nisi ad te habeo fugere.' 53 Talibus uerbis et tali cogitatione uenit in fine anima ista ad me. Numquid non eam audire debebam? Quis enim, si toto corde et tota emendacionis uoluntate alium rogat, non exaudiri meretur? Quanto magis ego clamantem audire debeo, que sum mater misericordie?" 54 Respondit dyabolus: "De tali uoluntate nichil ego sciui. Sed si est, sicut dicis, proba aperta racione!" 55 Respondit mater: "Indignus es, ut tibi respondeam. Verumptamen quia ad aliorum profectum hoc fit, quod ostendi, ideo respondeo tibi. Tu, miser, dixisti prius, quod de libro tuo nichil delere potest scripturam nisi diuina caritas." 56 Et tunc conuersa Virgo ad iudicem dixit: "Ergo, fili mi, aperiat librum suum dyabolus et legat et uideat, si omnia ibi complete scripta sunt uel si forte aliquid deletum est." 57 Tunc dixit iudex ad dyabolum: "Vbi est liber tuus?" Et dyabolus respondit: "In ventre meo." Cui dixit iudex: "Quis est uenter tuus?" 58 Respondit dyabolus: "Memoria mea. Sicut enim in ventre est omnis immundicia et omnis fetor, sic in memoria mea est omnis malicia et nequicia, que quasi fetor pessimus fetent in conspectu tuo. 59 Quando enim recessi a te per superbiam meam et a luce tua, tunc inueni michi omnem maliciam et obtenebrata est memoria mea in bonis Dei. Et in hac memoria mea est scripta omnis nequicia peccatorum." 60 Tunc iudex dixit ad dyabolum: "Precipio tibi, dyabole, ut uideas diligenter et inquiras in libro tuo, quid scriptum est et quid abrasum de peccatis istius anime, et dic publice!" 61 Respondit dyabolus: "Ecce uideo in libro meo et alia uideo scripta, que non cogitaui. Uideo enim illa septem esse deleta et nichil remanet in libro meo de eis nisi perisma." 62 Postea iudex ait ad illum bonum angelum, qui astabat: "Vbi sunt bona opera istius anime?" Qui respondit: "Domine, omnia sunt in prescencia tua et noticia, prescencia enim et preterita et futura. 63 Omnia scimus in te et uidemus et tu in nobis, nec necesse est nobis tibi loqui, quia omnia scis. Sed quia caritatem tuam ostendere uis, ideo insinuas uoluntatem tuam, quibus tibi placet. 64 Ego namque a principio, quo anima istius fuit cum corpore iuncta, fui semper cum eo. Ego etiam scripsi unum librum de bonis suis. Si autem librum istum audire uolueris, in potestate tua est." 65 Respondit iudex: "Non possum iudicare nisi auditis prius et cognitis bonis et malis suis. Quibus iuste pensatis, sicut tunc iusticia exigit, secundum ea debet iudicari siue ad mortem siue ad uitam." 66 Respondit angelus: "Liber meus est obediencia sua, qua obediuit tibi, et in hoc sunt septem columpne. Prima est baptismus. Secunda est abstinentia sua in ieiunio et ab illicitis operibus et peccatis et etiam a uoluptate et temptatione carnis sue. 67 Tercia columpna erat oratio et propositum bonum, quod ad te habuit. Quarta columpna erat opera sua bona in elemosinis et aliis operibus misericordie. 68 Quinta columpna erat spes sua ad te. Sexta columpna erat fides, quam sicut christianus tenuit. Septima columpna erat diuina caritas." 69 Quibus dictis dixit iterum iudex ad illum angelum bonum: "Vbi est liber tuus?" Ille autem

respondit: "In visione et caritate tua, domine mi." 70 Tunc Maria exprobrando dixit ad dyabolum: "Quomodo custodisti librum tuum et quomodo deletum est ab eo illud, quod in eo scriptum erat?" 71 Tunc clamavit dyabolus: "Ve, ve, quia decepisti me!" Deinde dixit iudex ad piissimam matrem suam: "Tu vere rationabiliter optinuisti in hac questione sententiam et lucrata es istam animam cum iusticia." 72 Deinde dyabolus clamavit: "Ego perdidit, ego victus sum! Sed dic michi, iudex, quamdiu tenebo istam animam pro perismatibus istis?" 73 Respondit iudex: "Ego indicabo tibi. Libri enim aperti sunt et lecti. Sed dic michi, dyabole, licet ego omnia sciam, utrum hec anima debet intrare celum secundum iusticiam an non. Ecce enim permitto te videre et scire modo veritatem iusticie." 74 Respondit dyabolus: "Iusticia est in te, quod, si quis decesserit sine peccato mortali, non intrabit penas inferni et, quicumque habet diuinam caritatem, de iure tenetur habere celum. 75 Ergo, quia ista anima non decessit in mortali peccato et habuit diuinam caritatem, digna est accepta prius purgacione sua intrare in celum." 76 Respondit iudex: "Ergo, quia modo aperui tibi intellectum et permisi te videre lumen veritatis et iusticie, dic audientibus, quibus michi placet, qualis debet esse iusticia istius anime." 77 Respondit dyabolus: "Vt purgetur taliter, quod non sit in ea vna macula, quia licet adiudicata est tibi ex iusticia, tamen adhuc immunda est nec peruenire potest ad te nisi percepta prius purgacione. 78 Et quia tu, iudex, quesuisti a me, nunc ego eciam quero a te, quomodo purgari et quamdiu in manibus meis esse debeat." 79 Respondit iudex: "Tibi precipitur, dyabole, vt non intres in eam nec absorbeas eam in te, sed debes eam purgare, vsquequo fiat munda et immaculata. Ipsa enim secundum modum culpe paciatur penam suam. 80 Tripliciter enim peccauit in visu, tripliciter in auditu et tripliciter in tactu. Et ideo tripliciter debet puniri in visu. Primo enim debet videre personaliter peccata sua et abominaciones. 81 Secundo debet videre te in malicia tua et in terribili deformitate tua. Tercio debet videre miserias et penas terribiles aliarum animarum. Similiter affligatur tripliciter in auditu. 82 Primo namque audiat ve horribile, quia audire voluit laudem propriam et delectabilia mundi. Secundo debet audire horribiles clamores demonum et irrisiones. 83 Tercio audiet obprobria et intollerabiles miserias, quia audiuit magis et delectabilius mundi amorem et fauorem quam Dei et quia feruencius seruiuit mundo quam Deo suo. 84 Tripliciter eciam affligatur in tactu. Primo quidem ardeat igne ardentissimo interius et exterius, ita quod non minima macula sit in ea, que non purgetur igne. Secundo paciatur frigus maximum, quia ardebat cupiditate sua et frigidus erat caritate mea. 85 Tercio erit in manibus demonum, vt non sit aliqua quantumcumque minima cogitacio nec minimum verbum, quod non purgetur, donec fiat tamquam aurum, quod in fornace et formella purgatur ad voluntatem possessoris." 86 Tunc iterum ait dyabolus: "Quamdiu erit ista anima in pena ista?" Respondit iudex: "Quamdiu voluntas sua fuit viuere in mundo. Et quia ipsa talis erat, quod libenter vixisset in corpore vsque ad finem mundi, ideo pena ista tenetur durare vsque in finem mundi. 87 Hec enim est iusticia mea, quod, quicumque habet diuinam caritatem ad me et omni desiderio desiderat me, cupiens esse mecum et separari a mundo, iste talis sine pena tenetur habere celum, quia examinacio presentis vite est purgacio sua. 88 Qui autem timet mortem propter acerbam penam mortis et propter penam futuram et vellet ideo longius viuere, vt emendaret se, iste tenetur habere leuem penam in purgatorio. 89 Qui vero voluntatem habet viuere vsque ad diem iudicii, licet non peccet mortaliter, propter voluntatem tamen perpetuam viuendi, quam habet, tenetur habere penam perpetuam vsque ad iudicium." 90 Tunc respondens piissima mater dixit: "Benedictus sis tu, fili mi, pro iusticia tua, que est in omni misericordia. 91 Licet enim nos omnia videmus et scimus in te, attamen ad aliorum cognicionem dic, quale remedium adhiberi debeat, quod minuat tam longum tempus pene, et quale ad hoc, quod extinguatur tam seuus ignis, et quomodo eciam liberari possit ista anima a manibus demonum." 92 Respondit Filius: "Tibi nichil potest negari, quia tu mater misericordie es et misericordiam et consolacionem omnibus procuras et inquiris. Tria enim sunt, que faciunt minui tam longum tempus pene et extingui

ignem et liberari de manibus demonum. 93 Primum est, si per aliquem reddantur ea, que iniuste ab aliis abstulit et extorsit vel reddere iuste aliis tenebatur. 94 Hoc enim est iusticia, vt tam diu anima purgetur, donec illa, que iniuste per eam ablata sunt, restituantur vsque ad minimum quadrantem aut per preces sanctorum aut per elemosinas et opera amicorum vel per purgacionem ad hoc dignam. 95 Secundum est copiosa elemosina; per hanc enim extinguitur ignis. Tercium est corporis mei oblacio in altari pro eo et amicorum meorum preces. Hec autem tria sunt, que liberabunt eum ab illis tribus penis." 96 Respondit iterum mater misericordie: "Quid ergo valent sibi nunc opera bona, que fecit pro te?" Respondit Filius: "Non ideo queris, quia ignoras, cum omnia scis et vides in me, sed hoc inquiris, vt aliis caritatem meam ostendas. 97 Certe non aliquod minimum verbum nec eciam minima cogitacio, quam ad honorem meum cogitauit, erit sibi sine remuneracione. 98 Quia omnia, quecumque fecit pro me, sunt modo ante ipsum et in pena sua inde habet refrigerium, inde solacium, inde leuiorem sentit ardorem, quam aliter persentiret." 99 Postea iterum loquebatur mater ad Filium dicens: "Quare est hoc, quod hec anima stat immobilis, quasi que non mouet manus nec pedes contra inimicos et tamen viuit?" Respondit iudex: "Propheta scripsit de me, quod ego fui quasi agnus coram tondente obmutescens. 100 Vere ego obmutui coram inimicis meis et propter hoc est iusticia, quod, quia anima ista non curauit de morte mea et eam pro modico reputauit, ideo ipsa est modo ex iusticia quasi puer non valens reclamare in manibus homicidarum." 101 Respondit mater: "Benedictus sis tu, dulcissime fili, qui nichil facis sine iusticia! Tu dixisti prius, fili mi, quod amici tui possent anime isti succurrere, et tu bene scis, quod anima ista tripliciter seruiuit michi: 102 primo per abstinenciam, scilicet ieunando vigilias mearum festiuitatum et in eis abstinendo in nomine meo, secundo quia legebat horas meas, tercio quia cantabat eciam ore proprio pro honore meo. Ergo, fili, quia amicos tuos clamantes in terra audis, rogo te eciam, vt digneris audire me." 103 Respondit Filius: "Quicumque est alicui domino magis precipuus in dileccione, huius preces cicius exaudiuntur, et quia tu michi super omnes carissima es, ideo pete, quod vis, et dabitur tibi." 104 Respondit mater: "Ista anima patitur tres penas in visu et tres in auditu et alias tres in tactu. Rogo ergo te, fili carissime, vt vnā penam in visu sibi minuere velis, scilicet quod non videat horribiles demones sed reliquas duas penas sustineat, quia iusticia tua sic exigit, cui obuiare non possum secundum iusticiam misericordie tue. 105 Secundo rogo, vt in auditu vnā penam minuas ei, vt scilicet non audiat obprobrium et confusionem suam. Tercio rogo, vt in tactu eciam vnā penam minuas ei, scilicet vt non sentiat frigus frigidissimum gelu, quod dignus est habere, quia frigidus erat in caritate tua." 106 Respondit Filius: "Benedicta sis tu, carissima mater! Tibi nichil negari potest. Fiat voluntas tua! Vt petisti, sic fiat!" Respondit mater: "Benedictus sis tu, dulcissime fili, pro omni caritate et misericordia tua!" 107 Tunc in eodem puncto videbatur vnus sanctorum cum exercitu magno dicens: "Laus sit tibi, Domine Deus, creator et iudex omnium! Hec anima deuote in vita sua seruiuit michi. Ipsa enim ieunauit in honore meo et laudauit me et amicos tuos circumstantes cum salutacione sua. 108 Ideo ex parte eorum et mea rogo: miserere huic anime et propter preces nostras da ei requiem in vna pena, hoc est quod demones non habeant potestatem obtenebrandi conscienciam eius. 109 Ipsi enim ex malicia sua sic obumbrabunt conscienciam eius, nisi refrenentur, quod numquam speraret finem miserie et adeptionem glorie (nisi quociens tibi placeret specialiter respicere eam tua gracia), et hoc est maius supplicium ei omni supplicio. 110 Ergo, pie Domine, da ei propter preces nostras, vt, in quacumque pena fuerit, sciat pro certo illam penam finituram et se gloriam perpetuam adepturam." 111 Respondit iudex: "Hec est enim vera iusticia, quia ipsa anima multociens subtraxit conscienciam suam de spirituali cogitacione et intelligencia ad corporalia et obtenebrare voluit conscienciam suam, et non timuit facere contra me. 112 Ideo iustum est, vt nunc demones obumbrent conscienciam eius. Sed quia, amici carissimi, vos verba mea audistis et ea opere impleuistis, non est fas aliquid vobis negari. Ideo faciam, quod vultis." 113 Tunc

autem responderunt sancti omnes: "Benedictus sis tu, Deus, in omni iusticia tua, quia iuste iudicas, qui nichil dimittis impunitum." 114 Deinde bonus angelus, qui datus erat anime ad custodiam, ait ad iudicem: "Ego a principio coniunctionis istius anime et corporis fui cum ea et sequebar eam in caritatis tue providencia. 115 Et ipsa quandoque faciebat voluntatem meam. Ideo iam rogo te, Domine, miserere ei!" Tunc respondit Dominus: "Volumus deliberare super hoc." Et tunc hec visio disparuit. 116 Hic fuit miles benignus et pauperum amator, cuius vxor largissimas pro eo fecit elemosinas. Que Rome mortua est, sicut in Spiritu Dei predictum de ea fuit.



## Capitulum xxxvii.

**O**ria loquitur Quatuor genera hominū sunt qui me salutāt. **P**rimi sunt. qui omnem voluntatē suam et cōscientiam suā relinquūt in manus meas. et quicquid faciunt totū faciunt pro honore meo. horum salutatio est michi quasi potus suavissimus et delectabilis. **S**ecundi sunt qui timeant penā et ex timore abstinēt se a peccato. huius ego do si in laude mea pseueraverint diminutionē pravi timoris. et augmentationē vere caritatis et scientiā. qua discant rationabiliter et sapienter tū diligere. **T**ercij sunt qui satis in sublimi eleuant laudem meā. sed nulla alia intentione et affectu. nisi ut honor temporalis et utilitas transitoria eis accrescat. Et ideo sicut dñs cui aliquod donū mittit. et ipse remittit donanti equipollens aliquid. Sic ego quia ipi temporalia petunt. nec aliquid carius desiderant. propterea do eis quod volunt et remunerō eos in presenti. **Q**uarti sunt qui simulant se esse bonos. et tamē peccatū habēt in delectatione peccant em̄ occulte cū possunt. Ne videantur ab hominibus cogitates sic fecit. **I**psa em̄ virgo maria pia ē. et mox ut invocata fuerit impetrat veniam. Horum clamor sic placet michi. sicut vas quod exterius ē de argentatū et intus plenum fetidissimo stercore. quod nūllus potest odorare. Tales sunt quidam per pessimā voluntatem peccati.

**Spūs dicit sponse.**

duo sunt spūs. scz bonus et malus signa autē spiritus sancti sunt dulcedo mētis et gloria. et signa mali spiritus sunt anxietas et inquietudo mentis procedens ex cupiditate vel ira.

## Capitulum xxxviii.

**A**lius loquitur sponse dicens. Spūs bonus est in corde hoīs quod est spūs bonus nisi deus. quod est deus nisi gloria et dulcedo sanctorum.

Ipsē deus est in eis et ipi in eo. et tūc omne bonū hnt euz habēt deū. sine quo nichil ē bonū. **I**tem quod hnt spm̄ dei. habēt et deū et omnē militiā celi et omne bonū. Similiter et quicūq; habent spm̄ maluz in se. habēt omne malū in se. **Q**uid em̄ ē spūs malus nisi dyabolus? **Q**uid vō dyabolus nisi pena et omne maluz? **E**rgo quod habet dyabolū hz in se penam et omne malū. **S**icut autē bonus hō nō sentit vñ vel quō spūs sancti dulcedo ingerit se menti eius. nec perfecte eā in pñti gustare pōt. licz gustat ptez. **S**ic hō malus cū angustiat cupiditate. **C**ū anelat ad ambitionē. cū moritur ira. aut inquinat luxuria et ceteris alijs vicijs. pena dyaboli est et iudiciuz eterne inq̄tutis. licz in pñti vt ē ppēdi nō possit. ve huius qui huic spūi adherent.

**Videbat sponsa demonem**

producentem in diuino iudicio septem libros protra quandā animā cuiusdam militis defuncti. sed angelus bonus p̄duxit pro ea vnū libz. quā anīa nō damnabat eternaliter. quia demone ignorate penituit in fine in cogitatu intrinsecus. **C**onternat tñ propter peccata ad. ix. penas sustinendas in purgatorio vsq; ad diem iudicij. quia tandem desiderauerat in corpore viuere sed reuelantur a xp̄o tria remedia ppter quā possit anī liberari et remittunt ei statim tres de p̄dictis penis p̄cibus virginis et sanctorum. **S**upplicatio vō angeli boni p ea nō statim exaudiit. sed differēdo ad t̄pus ponit eam xp̄us in deliberationē. **Capitulum xxxix.**

**D**emon quidā apparuit in diuino iudicio. quod tenebat quōsdam aīas cuiusdam defuncti tremulā. in motu cordis tremuli. **A** Qui demō tūc dixit ad iudicē. **E**cce preda. **A**ngelus em̄ tuus et ego sequebamur aīas istā a principio suo vsq; ad finē. sed ipse ad custodiendū ego autē ad nocendū. et ambo venabamur eā quasi venatores. **S**ed tamē ipsa in fine incidit in manus meas. **A**d quas



lucrandum michi. ego ita cupidus sum et impetuus. quemadmodum torres caedes et oris. cui nichil resistit nisi quoddam retentaculum hoc est iusticia tua. que quoniam nondum probata est contra animam istam. Itaque adhuc nondum secure possideo eas. Ego etiam desidero eam tam feruenter quemadmodum animal consumptum inedia quod pro fame comedit etiam membra sua. Ergo quia iustus iudex es iudica super eam iustum iudicium. Respondit iudex. Quare magis incidit in manus tuas. et cur tu propinquior ei fuisti quam angelus meus? Respondit demon quod peccata sua plura fuerunt quam opera bona. Respondit iudex ostendit qualia. Respondit demon. Ego habeo unum librum plenum peccatis suis. Et iudex quale est nomen huius libri. Respondit demon. huius nomen est inobedientia. in quo libro sunt septem libri. et quilibet horum tres columnas. Quilibet autem columna habet plusquam mille verba sed nulla minusquam mille. quedam vero multo plura. Respondit iudex. dic nomen istorum librorum. quia licet ego omnia scio. tamen ut alijs innotescat voluntas tua et bonitas mea. volo ut loquaris. Respondit demon. nomen primi libri est superbia. et in hoc sunt tres columnae. Prima est superbia spiritualis in conscientia sua. quia superbiebat de bona vita quam credebat se habere alijs meliorem. Superbiebat etiam de intelligentia sua et conscientia sapientiori alijs. Secunda columna erat. quia superbiebat de bonis sibi datis. et de famulis et vestibus et de alijs rebus. Tercia erat quod superbiebat in pulcritudine membrorum et de propagine nobili. et in operibus suis. et in his tribus columnis erant infinita verba. prout tibi melius cognitum est. Quartus liber erat cupiditas sua. hec autem habebat tres columnas. Prima erat spiritualis. quod cogitavit peccata sua non esse ita gravia sicut dicebatur. et indigne desideravit celeste regnum. quod non debetur alicui nisi perfecte mundo. Secundo quia plus desideravit in

mundo quam necesse erat. et voluntas sua fuit ad hoc solum ut extolleret nomen suum et progeniem. ad hoc ut heredes suos non ad honorem tuum. sed ad honorem mundi nutriret et magnificaret eos. Tercia columna fuit. quod cupiebat honorem mundi et super alios esse. et in his prout tibi melius cognitum est innumerabilia sunt verba. quibus requirebat favorem et benivolentiam. quibus etiam temporalia sibi acquirebat. Tertius liber est invidia. hic habet tres columnas. Prima fuit in mente. quia inuidebat eis occulte qui plus habebat. et magis prosperabantur quam ipse. Secunda quod recepit ex invidia res eorum qui minus habebant quam ipse. et magis indigebant. Tercia quod ex invidia nocuit proximo occulte per sua consilia. et etiam publice tam verbo quam facto. tam pro se quam pro suis. et etiam alios ad similia incitavit. Quartus liber est avaricia. in qua erant tres columnae. Prima erat avaricia in mente. quia nolit alijs dicere de his que sciebat. unde alij recipissent consolationem et profectum. cogitans sic secum. Que michi inde utilitas. si tali vel tali dedero hoc consilium? Que michi remuneratio. si ei in illo consilio vel verbo profuero. et sic indigens afflictus recedebat ab eo. non edificatus vel instructus. Cum bene potuisset ab eo si voluntas affuisset edificari. Secunda columna erat. quod cum pacificare poterat discordantes. noluit hoc facere. Cum etiam poterat consolari turbatos non curavit. Tercia columna erat avaricia in bonis suis. eo quod si unum denarium dare debebat pro nomine tuo anxiebat et gravabatur. et pro honore mundi libenter daret centum. In his autem columnis sunt infinita verba prout melius tibi constat. Omnia enim scis et nichil a te occultari potest. sed ideo me compellis loqui ex tua potentia. quia alijs prodesse vis. Quintus liber est Accidia.



et ista habet tres columnas. Primo quod in opere accidiosus erat ad operandum bona opera ad honorem tuum. id est ad mandata tua. Nam pro quiete corporis sui amittit tempus suum. Corporis enim sui utilitas et voluptas erant sibi carissima. Secundo accidiosus erat in cogitatione. quoniam enim spiritus tuus bonus immisit cordi eius conceptionem. vel aliquam spiritualem intelligentiam nimis sibi longum videbat. et subtrahit mentem suam a cogitatione spirituali. et omne gaudium mundi videbat sibi delectabile et suave. Tercio erat accidiosus in oratione. id est in orando et in loquendo que utilitas aliorum et honoris tui erat. fervens autem erat ad scurrilia verba. quanta autem verba iste colonne habebant et quod innumerabilia sunt. tibi soli cognitum est.

**S**extus liber erat ira. hic habebat etiam tres columnas. Prima quod irascebatur proximo suo de illis rebus. que sibi non erant utiles. Secunda columna erat quod lesit primum in opere et ira sua. quoniam etiam in ira alienando sua. Tercia quod ex ira turbabat proximum.

**S**eptimus liber erat voluptas sua. que etiam habebat tres columnas. Prima erat quod indebite et inordinatim effundebat semen suum. Nam licet coniungatus erat et ab aliarum mulierum macula segregatus. tamen per amplexus et verba inepta et etiam per gestus impudicos. effundebat semen suum modo indebito.

Secunda columna erat quod nimis procar erat in verbis. Inducebat enim non solum viderem suam in maiorem ardorem libidinis. ymo etiam alios ad audiendum et cogitandum scurrilia. multociens per verba sua attraxit.

Tercia columna erat. quod nimis delicate nutrebat corpus suum. preparato sibi lautiora et plura fercula. ad delectationem maiorem corporis. et ad laudem hominum ut vocaretur magnus. plus autem quam mille verba sunt in istis columnis. sededo in mensa longiora tempore quam debebat. non attendens tempus sibi datum. loquendo ineptus. recipiendo plus quam natura volebat.

Ecce o inter liber meus totus completus est. adiudica ergo michi hanc animam.

**S** Tunc autem silente iudice mater misericordie appropinquas. que videbat quod si remotius stare dixit. fili mi. Ego volo disputare de iusticia cum dyabolo isto.

**C**ui respondit filius. Carissima mater. quando demoni non negatur iusticia. quomodo tibi possit negari que es mater mea et tomia angelorum? Tu etiam omnia potes et omnia scis in me. sed ideo loqueris ut alius imotescat dilectio mea. Tunc mater loquebat ad dyabolum. Precipio tibi dyabole. quod respondeas michi ad tria que rogo a te. sed licet inuitus feceris. ex iusticia tamen teneris quod tomia tua sunt. Sic michi. Numquid tu scis omnes cogitationes hominis? Dyabolus autem respondit. Non nisi illas solummodo quas ex exteriori operatione hominis. et ex dispositione eius perpendere possum. et illas quas ego spiritualiter immitto cordi eius. quod licet ego perdidit dignitatem meam. tamen ex subtilitate nature mee adhuc remansit michi sapientia tanta. quod ex dispositione hominis intelligere possim statum mentis. sed bonas cogitationes hominis cognoscere non possum.

Dixit autem tunc pia virgo secundo ad dyabolum. Sic michi dyabole licet inuitus. que est illa res que potest delere scripturam de libro tuo? Respondit dyabolus. Nichil eadem delere potest nisi unum. hoc est divina caritas. Quicumque enim eam obtinuerit in corde quam tuncumque peccator sit. statim delet quod de illo scriptum erat in libro meo.

**S** Dixit etiam virgo tercio. Sic michi dyabole. Numquid aliquis est tam immundus peccator et tam auersus a filio meo. quod non possit redire ad veniam. quod diu vivit in mundo? Respondit dyabolus. Nullus est tam peccator. quod non possit reverti quod diu vivit si voluerit. Quando enim quis quantumcumque peccator mutat suam voluntatem malam in bonam. et conceperit divinam caritatem. et in hac stabilis stare voluerit. non omnes demones eum tenere possunt. Tunc istis



auditis mater misericordie ait ad circūstantes. hec anima in fine vite sue puerit se ad me et dixit. Tu mater mie es et miseratrix miserorum. Ego indignus sum rogare filiū tuū. quia peccata mea graua sunt et multa nimis. et ego multū p uocauī eū ad irā. diligēdo magis voluptatē meā et mundū. q̄ deū creatore meū. Ideo rogo te miserere mei. quia tu nulli petenti te negas mihi. Et itē ego cōuerto me ad te et promitto tibi. q̄ si uirero volo emendare me. et voluntatē meam ad filiū tuū cōvertere. et nichil aliud ad nisi ipm diligere. Sed sup omnia doleo et ingemisco. q̄ nichil boni feci ad honorem filiū tuū creatoris mei. Ideo te rogo piissima dñā miserere mei. q̄ ad nullū nisi ad te habeo fugere. Talibus uerbis et tali cogitatione. uenit in fine ista anima ad me. nunq̄d nō eam audire debebam? Quis em̄ si toto corde et tota emendationis uoluntate aliū rogat. nō exaudiri meretur? Quanto magis ego clamātes audire debeo que sum mater misericordie. **R** Respondit dyabolus. de tali uolūtate ego nichil scim. sed si est sicut dicis proba apta ratione Respondit mater. Indignus es ut tibi respondeam. Querūtamē quia ad aliorū pfectū hoc fit qd ostendi. Ideo respondeo tibi Tu miser dixisti pius. q̄ de libro tuo nichil delere pōt scripturā nisi diuina caritas. Et tunc cōuersa uirgo ad iudicem dixit. Ergo fili mi aperiat librū suū dyabolus et legat. et uideat si omnia ibi cōplete scripta sunt. uel si aliquid forte deletū est Tūc dixit iuter ad dyabolū. ubi est liber tuus? Et dyabolus respondit In ventre meo Cui dixit iuter Quis est uenter tuus? Respondit dyabolus memoria mea. Sicut em̄ in ventre est ois immundicia et omnis fetor. sic in memoria mea est omnis malicia et neq̄cia. que quasi fetor pessim⁹ ferent in cōspectu tuo. Quādo enim recessi a te p supbiam meā et a luce tua. Tūc inueni michi omnē mali

ciam. et obtenebrata est memoria mea in bonis tui. et in hac memoria mea est scripta omis nequicia peccatorū Tūc iuter dixit ad dyabolū. p̄cipio tibi dybole ut uideas diligenter et inq̄ras in libro tuo. quid scriptū est et qd abrasum est de peccatis istius anime. et dic publice. Respondit dyabolus Ecce uideo in libro meo. et alia uideo scripta q̄ non cogitavi Tūc deo em̄ illa septeze esse deleta. et nichil remanet in libro meo de eis nisi peripluma **R** Postea iuter ait ad illū bonū angelū qui astabat. Ubi sunt bona opera istius anime? Qui respondit. Domine omnia sunt in prescientia tua et noticia. p̄ntia p̄terita et futura Omnia scimus in te et uidemus. et tu in nobis Nec necesse ē nobis tibi loqui. quia omnia scis. Sed quia caritatē tuā ostendere uis. Ideo insinuas uoluntatē tuā q̄bus tibi placet Ego namq̄ a principio quo anima ista fuit cū corpore iūcta. fui semp cū eo. Ego etiā scripsi unū librū de bonis suis. Si autē librum istū audire uolueris in potestate tua est. Respondit iuter. Nō possum iudicare nisi auditis p̄ et cognitis. bonis et malis. Quib⁹ iuste pensatis. sicut tūc iusticia erigit scdm ea debz iudicari. siue ad mortē siue ad uitam. Respondit angelus. Liber meus est obedientia sua qua obediuit tibi. et in hoc sunt septe columnae. Prima est baptismus Secda est abstinentia sua in ieiunio. et ab illicitis operibus et peccatis. et etiā a uoluptate et temptatione carnis sue. Tercia columna erat oratio et p̄positum bonū qd ad te habuit. Quarta columna erat opera sua bona in elemosinis et alijs operibus misericordie. Quinta columna erat spes sua ad te. Sexta erat fides. quā sicut xp̄i anus tenuit. Septima erat diuina caritas. **L** Quibus dictis dixit iterū iuter ad illum angelū bonū. Ubi ē liber tuus. Ille autē respondit In uisione et caritate tua domine mi. Tūc maria exprobrando dixit ad dyabolū. quō custodisti



libris tuis. et quomodo teletum est ab eo illud quod  
 in eo scriptum erat? Tunc dyabolus dixit  
 Gle ve quia decepisti me. Deinde dixit  
 iudex ad piissimam matrem suam. Tu vere ra-  
 tionabiliter obtinisti in hac questione  
 sententiam. et lucrata es animam istam cum iusti-  
 cia. Deinde dyabolus clamavit Ego pro-  
 didi ego victus sum. sed dic michi iudex  
 quomodo tenebo istam animam pro perissimatis  
 istis? Respondit iudex Ego indicabo tibi. li-  
 bri enim aperti sunt et lecti. Sed dic michi dya-  
 bole licet ego omnia sciam. Utrum hec anima de-  
 intrare celum secundum iusticiam an non? Ecce  
 enim permitto te videre et scire modo veri-  
 tatem iusticie. Respondit dyabolus Iusticia est  
 in te. quod si quis decesserit sine mortali pec-  
 cato non intrabit penas inferni. et quicum-  
 que habet divinam caritatem de iure tenet ha-  
 bere celum. Ergo quia anima ista non recessit  
 in mortali peccato et habuit divinam cari-  
 tatem. digna est accepta prius purgatione  
 sua intrare celum. Respondit iudex er-  
 go quia modo aperui tibi intellectum. et  
 permisi te videre lumen veritatis et iusti-  
 cie. Sic audientibus quibus michi pla-  
 cet. qualis debet esse iusticia istius anime?  
 Respondit dyabolus. ut purgetur taliter quod  
 non sit in ea una macula. quia licet adiu-  
 dicata est tibi ex iusticia. tamen adhuc im-  
 munda est. nec pervenire potest ad te nisi per-  
 cepta prius purgatione. Et quia tu iudex  
 quesivisti a me. Nunc etiam ego quero a te.  
 quomodo purgari et quomodo in manibus  
 meis esse debeat? Respondit iudex Tibi  
 precipit dyabole ut non intres in eam nec  
 absorbeas eam in te. sed debes eam pur-  
 gare usquequo fiet munda et immaculata.  
 Ipsa enim secundum modum culpe patietur pe-  
 nam suam. Tripliciter enim peccavit in  
 visu. tripliciter in auditu. tripliciter in ta-  
 ctu. Et ideo tripliciter debet puniri in  
 visu. Primo enim debet videre persona-  
 liter peccata sua et abhominaciones. Secundo  
 debet videre te in malicia tua. et inter-  
 ribili deformitate tua. Tercio debet videri  
 re miseras et penas terribiles aliam ani-

marum. Similiter affligatur tripliciter in  
 auditu. Primo namque audiet ve horribile.  
 quia audire voluit laudem propriam et de-  
 lectabilia mundi. Secundo debet audire  
 horribiles clamores demonum et irrisiones.  
 Tercio audiet obprobria et intolerabi-  
 les miseras. quia audiunt magis et dele-  
 ctabilius mundi amorem et favorem quam dei.  
 et quia ferventius servit mundo quam deo  
 suo. **N** Tripliciter etiam affligatur  
 in tactu. Primo quidem ardeat ardentissi-  
 mo igne interius et exterius. ita quod non  
 minima macula sit in ea que non purgetur  
 igne. Secundo patietur frigus maximum.  
 quia ardebat cupiditate sua. et frigidus  
 erat caritate mea. Tercio erit in mani-  
 bus demonum. ut non sit aliqua quantu-  
 cunque minima cogitatio nec minimu-  
 lum quod non purgetur. donec fiet tanquam  
 aurum quod in fornace et fornella pur-  
 gatur. ad voluntatem possessoris. Tunc  
 iterum ait dyabolus quomodo erat ista ani-  
 ma in pena ista. Respondit iudex. quomodo  
 voluntas sua fuit vivere in mundo. Et  
 quia ipsa talis erat quod libenter virisset in  
 corpore usque ad finem mundi. Ideo pena  
 ista tenetur durare usque in finem mundi.  
 Hec enim est iusticia mea. quod quicumque ha-  
 bet divinam caritatem ad me. et omni deside-  
 rio desiderat me. cupiens esse mecum et  
 separari a mundo. Iste talis sine pena te-  
 netur habere celum. quia examinatio presentis  
 vite est purgatio sua. Qui autem timet  
 mortem propter acerbam penam mortis. et  
 propter penam futuram. et vellet ideo lon-  
 gius vivere ut emendaret se. Iste tenetur  
 habere leviorem penam in purgatorio. Qui  
 vero voluntatem habet vivere usque in diem iudi-  
 cii. licet non peccet mortaliter. propter vo-  
 luntatem tamen perpetuam vivendi quam habet. tenetur  
 habere penam perpetuam usque ad iudicium. **O**  
 Tunc respondens piissima mater dixit. Ben-  
 dictus sis tu fili mi pro iusticia tua que est  
 in omni misericordia. licet enim nos om-  
 nia videmus et scimus in te. Attamen  
 ad aliorum cognitionem. dic quale reme-



diu adhiberi debeat quod minuat tam longum tempus pene. et quale ad hoc quod extingatur tunc seuis ignis. et quomodo etiam liberari possit ista anima a manibus demonum? Respondit filius Tibi nichil potest negari quia tu misericordie mater es. et misericordiam et consolationem omnibus procuras et inquiris. Tria enim sunt que faciunt minui tam longum tempus pene. et extinguere ignem. et liberari de manibus demonum. Primum est. si per aliquem reddantur ea que iniuste ab alijs abstulit et extorsit. vel reddere iuste alijs tenebatur. hoc enim est iusticia ut tunc diuina anima purgetur. donec illa que iniuste per eam oblata sunt. restituantur usque ad minimum quadrantes. aut per preces sanctorum. aut per elemosinas et opera amicorum. vel per purgationes ad hoc dignam. Secundum est copiosa elemosina. per hanc enim extinguitur ignis. Tertium est corporis mei oblatio in altari pro eo. et amicorum meorum preces. Hec autem sunt tria que liberabunt eum ab illis tribus penis. Respondit iterum mater misericordie. Quid ergo valent sibi nunc opera bona que fecit pro te? Respondit filius. Non ita queris quia ignoras cum omnia scis et vides in me. sed hoc inquiris ut alijs caritatem meam ostendas. Certe non aliquid minimum verbum. nec etiam minima cogitatio quam ad honorem meum cogitauit. erit sibi sine remuneratione. Quia omnia quecumque fecit pro me sunt modo ante ipsum. et in pena sua inde habet refrigerium. inde solatium. Inde leuiorem sentit ardorem quam aliter sentiret. Postea iterum loquebatur mater ad filium dicens. Quare est hoc. quod hec anima stat immobilis quasi que non mouet manus nec pedes contra inimicos. et tamen vivit? Respondit iudex. Propheta scripsit de me. quod ego fui quasi agnus coram tondente obmutescens. Vere ego obmutui coram inimicis meis. et propter hoc est iusticia. quia anima ista non curauit de morte mea et eam pro modico reputauit. Pro ipsa est modo ex iusticia quasi puer non valens reclamare. in homicidarum manibus. O Respondit mater. Benedictus sis tu dulcissime fili. qui nichil facis sine iusticia. Tu dixisti prius fili mi. quod amici tui possent anime isti succurrere. et tu bene scis quod anima ista tripliciter seruit michi. Primo per abstinentiam. scilicet ieiunando vigiliis mearum festiuitatum. et in eis abstinendo in nomine meo. Secundo quia legebat horas meas. Tertio quia cantabat etiam ore proprio pro honore meo. Ergo fili quia amicos tuos clamantes in terra audis. rogo te etiam ut digneris audire me. Respondit filius. Quicumque est alicuius domino magis precipuus in dilectione. huius preces citius exaudiunt. et quia tu michi super omnes carissima es. ideo pete quod vis et dabit tibi. Respondit mater. Ista anima patitur tres penas in visu et tres in auditu. et alias tres in tactu. Rogo ergo te fili mi carissime. ut unam penam in visu sibi minuere velis. scilicet quod non videat horribiles temores. sed reliquas duas penas sustineat. quia iusticia tua sic exigit. cui obuiare non possum secundum iusticiam misericordie tue. Secundo rogo ut in auditu unam penam ei minuas. ut scilicet non audiat obprobrium et confusionem suam. Tertio rogo ut in tactu etiam unam penam minuas ei. scilicet ut non sentiat frigus frigidissimum gelu quod dignus est habere. quia frigidus erat in caritate tua. Respondit filius. Benedicta sis tu mater carissima. tibi nichil negari potest fiat voluntas tua. ut petisti sic fiat. Respondit mater. Benedictus sis tu dulcissime fili mi pro omni caritate et misericordia tua. R. Tunc in eodem puncto videbatur vnus sanctorum cum exercitu magno dicens. Laus tibi sit domine deus creator et iudex omnium. Hec anima deuote in vita sua seruit michi. Ipsa enim ieiunauit in honore meo et laudauit me. et



amicos tuos circūstantes cū salutatio-  
ne sua. Ideo ex parte eorū et mea rogo  
miserere huic anie. et propter preces no-  
stras da ei requiem in vna pena. hoc est  
q̄ demones nō habeant potestatem ob-  
tenebrandi conscientiam eius. ipsi enim  
ex malicia sua sic obumbrabunt consci-  
entiam eius nisi refrenentur. q̄ nunq̄ spe-  
raret finem miserie et adeptionem glo-  
rie. nisi quotiens tibi placeret specialiter  
respicere eā gratia tua. et hoc est ma-  
ius supplicium ei omni supplicio. Ergo  
pie domine da ei propter preces nostras  
vt in quacunq; pena fuerit. sciat pro cer-  
to illam penaz finituram et se gloriā per-  
petuam adepturam. **S** Respon-  
dit iudex. Hec est enim vera iusticia.  
quia ipsa anima multotiens subtraxit  
conscientiam suam de spiritali cogi-  
tatione et intelligentia ad corporalia  
et obtenebrare voluit conscientiaz suā.  
et non timuit facere cōtra me. Ideo ius-  
sum est vt nūc demones obumbrant cō-  
scientiam eius. Sed quia amici carissi-  
mi vos verba mea audistis et ea opere  
implevistis. nō est fas aliquid vobis ne-  
gari. Ideo faciam quod vultis. Tunc  
autem responderunt sancti omnes. Be-  
nedictus sis tu deus in omni iusticia tua  
qui iuste iudicas. qui nichil dimittis im-  
punitum. Beinde bonus angelus q̄ da-  
tus erat anime ad custodiam. ait ad iudi-  
cē. Ego a principio punctionis istius ani-  
me et corporis sui cū ea. et sequebar eaz  
ex caritatis tue providentia. et ipsa quā-  
doq; faciebat voluntatem meam. Ideo  
Jam rogo te dñe mi miserere ei. Tunc  
respōdit dñs Gloriosus deliberare super  
hoc. et tūc hec visio disparuit. Declara-  
tio. **C** Hic fuit miles benignus et paupe-  
rū amator. cuius vxor largissimas fecit  
p̄ eo elemosinas. q̄ rome mortua ē sicut  
in spiritu dei predictus de ea fuit. vt pa-  
tet. iij. li. cap. xij. f.

**Quarto Anno postq̄**

sponsa vidit sup̄ proximā visionē vbi que-  
dam anima fuit cōtēpnata vsq; ad dies  
iudicij ad purgatorium. videbat iterum  
eandē animā p̄sentari in iudicio diuino  
per angelū quasi iam semiplene vestitaz  
p̄ qua ip̄e cū celesti militia orabat dñm  
quā tūc xp̄s totaliter liberavit a penis.  
et vt stellam fulgentē transmisit ad glo-  
riā precibus angeloz et sanctorū et laci-  
mis et suffragijs amicorū viuorū.

**C** Capitulum. xl.

**D**icitur autē in quarto anno.  
Iterū vidi iuuenēz ful-  
gentissimū cū anima sup̄ pri-  
mo dicta. que erat iam quasi vestita sed  
nō ad plenū. Qui dixit iudici sedenti in  
throno. cui milia miliū assistebant. et om-  
nes ad orabāt eum p̄pter patientiaz eius  
et caritatē. **S** iudex hec est ania illa pro  
qua orabā. et tu respōdisti velle delibera-  
re. Nūc igit nos omnes assistentes iterū  
petim⁹ p̄ eam miam tuā. Et licet nos sci-  
mus omnia in tua dilectiōe. tamen p̄pter  
sponsam tuaz q̄ spūaliter hec audit et vi-  
det loquimur humano modo. licet hūa-  
na non sunt nobiscū. **B** Rōdit iudex.  
Ubi currus plen⁹ esset aristis spicaruz.  
Si multi hoies vn⁹ post aliu⁹ auferret  
aristam suam. intueret nūerus atq; pō-  
dus Sic est motus. Nā lacrimę multe et  
caritatis opa venerūt ante me pro ania  
ista. Et ideo iudiciū est vt veniat ad cu-  
stodiā tuā. et tu defer eā ad requiē. quaz  
nec oculus videre nec auris audire valz  
nec ipsa ania in carne cogitare poterat  
Ubi nō ē celū sup̄ nec terra teroz. vbi  
altitudo est incogitabil⁹ et lōgitudo in-  
dicibilis. Ubi latitudo mirabilis et pro-  
funditas incōprehēbilis. Ubi deus est  
supra oia et extra et intra. regit ouia et  
cōtinet omnia. nec ab aliquo cōtinetur.  
Post hec autē illa ania videbat ascēdere  
in celū. ita fulgēs sicut stella fulgentissi-  
ma in fulgore suo. Et tūc loquebat iudex  
dicens Veniet cito tempus quo p̄ferā  
iudicia mea. et faciam iusticiam contra